



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Abdiae Babyloniae Primi Episcopi Ab Apostolis Constitvti,  
de historia certaminis Apostolici, libri decem**

**Abdias <Babylonius>**

**Coloniae, 1576**

**VD16 B 5299**

Ivlii Africani Historici Et Episcopi In Historiam Apostolicam Præfatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45288**

I V L I I A F R I  
C A N I H I S T O R I C I E T  
E P I S C O P I I N H I S T O -  
r i a m A p o s t o l i c a m  
P r æ f a t i o .

**V**A N Q V A M pluri-  
ma de apostolicis sig-  
nis sacra Euangeli-  
rum, velilla, quæ ab i-  
psis actibus nomen ac-  
cepit, narret historia: tamen visum est  
nobis, ut retractis exemplaribus ac  
voluminibus istis, & maximè quæ ab  
Abdia, qui Saluatorem in carne vi-  
derat, & secutus Simonem & Iudam  
Apostolos in Persida, primus Babylonis  
Episcopus fuit, de vniuersciusque virtu-  
tibus sermone Hebraico scripta sunt,  
quantum inuenire potuimus, libros  
singulos conscribamus: ut etiam si ali-  
cui delectatio fuerit inquirendi, quod  
ille aut ille proprium gesserit, singula-  
rum reperiatur in singulis. Nam de

A

m u l -

## 2 - P R A E F A T I O .

multis quæ hac de re à veteribus scri-  
pta sunt, nihil ad nos, præter ipsorum  
passionū monumēta venerunt. Quod  
nos pro magno complectimur, scientes  
scriptum: Honorandi sunt amici tui  
Deus: Verūm vtrūm magna ostendis-  
sent prodigia in populis, an minora,  
non hæc fragilitati humanae sunt af-  
scribenda, sed à nobis fideliter confi-  
tendum, quia operatur ea vnuis atque  
idem Dominus Iesus Christus, qui in  
eis per bonam voluntatem & sensus  
puritatem habitat, sicut dudum pro-  
tulit Propheta: Quia inhabitabo in  
eis, & in ambulabo in illis, & ero illo-  
rum Deus. Ergo in huius Iesu Christi  
filij D E I omnipotentis nomine, quæ  
scripsit sanctorum apostolorum gesta  
Abdias Episcopus Babyloniae, qui ab  
ipsis Episcopus ordinatus erat, sermo-  
ne Hebreo, & quæ discipulus eiusdem  
Abdie Eutropius in Græcam linguam  
transtulerat, hæc nos vniuerso Latino  
reddidimus sermoni, & in decem li-  
bros

## PRAEFATIO.

bros descripsimus, gloriam semper referentes D E O patri, per vnigenitum eius filium, dominum & redemptorem nostrum I E S V M C H R I-  
S T V M , in spiritu sancto , inluminatore animarum nostrarum , &  
nunc , & semper , per secu-  
la faculorum .  
Amen.

## MISTO.